

De contritione, & attritione. Cap. II.

3

conteritur, & hoc est cor, quod quasi ad literā scinditur prē nimia angustia, & in dignatione, quā cōcepit contra peccata. vnde de pœn. dist. 1. Scindite, inquit, cor da vestra Deo. Vel etiā illud, quod cōteritur, sunt peccata, quae dolore illo conteruntur in corde, i. simul, & totaliter terrantur. Secundum est, quo conteritur. Et hoc est duplex mola: vna superius sursum eleuans, scilicet spes venie, veniens ex consideratione materiæ: altera est deorsum deprimens, scilicet timor pœnæ, veniens ex cōsideratione diuinæ iustitiae. Tertium, ad quod conteritur est, vt peccati deleſatio totaliter teratur. idēo dicitur contritio, non fraſtio: quia fraſtio, sicut supra dictū est, dicitur in magnas partes, & tunc remaneat ſapor: sed contritio est in minimas, & tunc non remanet nec ſapor, nec virtus. peccata vero ad hoc conteruntur, vt ſimul, & totaliter deſtruantur.]

Habemus † igitur ex hac nominis significatiōne, quod cōtritio eft dolor perfectus, attritio dolor imperfectus. Item, quod contritio eft dolor de offensa Dei propter Deum, dist. 50. c. vt conſtitueretur. attritio verò eft, quando dolor conſcipitur, vel ex gehennæ, & pœnarum metu, iuxta Concil. Trid. fess. 14. c. 4. & Sot. in 4. ſent. distin. 17. q. 2. ar. 5. qualis fuit Iude, & Antiochi, c. Iudas, c. ſceleratior, de pœn. distin. 3. vel ob timorem aliorum incommodorum temporalium. v. g. infamia, quietis, temporalis utilitatis. Et ex hac ſequitur alia differentia, quod attritio oritur ex timore ſeruili pœnarum: contritio verò ex timore fiduciali. Plus enim dolere debet de peccato, prout eft offensa Dei, quā quod incommodum afferat ſibi, vt inquit D. Tho. in 4. ſent. dist. 17. q. 2. art. 3. q. 1. ad quarum. Hæc tamen attritio non eft mala, sed potius laudanda: † quia timor iſte ſeruili comparatur ſeti tutoris, que ſilm introdūcit, vt refertur, de pœnit. dist. 2. c. ſicut ſera. Etenim ſicut ſeta nō eft ſatis firma, vt poſſit fruſta corii conſuere, ſed eft accommoda ad inducen-

dum filum, quod intrans foras excludit ſerat: ſic timor ſeruili non ſufficit per ſe conglutinare amicitiam inter Deum, & nos, deſeruit tamen inducendę. ita Sotus in 4. ſent. dist. 14. q. 2. art. 5. Hinc Conc. Trid. ubi ſupra, inquit, † hanc attritionē donum Dei eſſe, & impulſum ſpiritus sancti, non adhuc inhabitantis, ſed tantum moventis, quō penitens adiutus viam ſibi ad iuſtiā parat: modo duo concurrant. Primum, quod hic timor excludat voluntatem peccandi. Secundum, vt sit cum ſpe venie: nam tunc adiuncto ſacramento pœnitentię ſufficit ad veniam peccati, & ad validē recipiendam absorptionem. Hoc enim timore utileſ concuſſi Niniuitē ad Io-nę predicationem plenā terroribus pœnitentiam egerunt, & misericordiam à Domino impetraverunt. Igitur requiri-rit primo, vt timor excludat voluntatem peccandi, id est non eo animo conſcipiat, quod à peccando non cefſat, niſi eiusmodi metus intercederet, quoniam tunc eſſet nouum peccatum adiungere, c. ſi propterea, c. ſi cui, de pœn. d. 1. Secundum, quod doleat quidem, ſed cū ſpe venie, id est modo putet pœnitens eiusmodi pœnitentiā eſſe ſufficientem: vel ſaltē, quod non videatur ei non ſufficeret ad petendam absorptionem, & veniam impetrādam: hoc enim eft ſub ſpe venie, ut habetur in Concil. Trid. Non enim ſperaret veniam, qui putaret ſe non habere ſufficientem dolorem. 8. Et † hec attritio, modò conſeatur contritio, adiuncto ſacramento, ſufficit ad veniam peccati, & ad validandam confeſſionem, ne iterari debeat, & fortasse ita intelligere voluit Nau. in Manuali. c. 9. nu. 10. vbi inquit, nō eſſe iterandam confeſſionem ab eo, qui dolet quidein, & proponit abſtinere, ſed non ita perfe-cte, ut perueniat ad ſufficientem contritionem. † Sotus in 4. ſent. distin. 18. q. 3. art. 3. col. mihi 8. vbi etiam inquit, quod eft perquām diſſile pœnitentem cognoſcere, quando vnum dolorem habeat, & quando aliun, & dat conſilium, quod

A 3 Con-